970

x b

lenitudo quoque et asperitas ac densitas
et his raritas. densum leve asperum de
signamus. qualitatem quidem nudo soci
ant. sed habent aliam interpretationem sui.
Siquidem densum coartationem inter se
iunctarum videtur ostendere. Nam
est in quo intervallis frequentibus rarior
partium videtur esse iunctio. Quare etiam leve
illud perhibetur ostendere. in quo posi
tio partium ita apte pariliterque digesta est
ut nulla earum in superficie alterius emineret.
Est asperum discrepantiam iunctarum
partium facit. asperitatem namque non significat
nisi inequalitas partium ut sit longi
or una altera inferior. Ac propter ea haec
quidam volunt cathegoriae alteri sociare.
quae apud graecos ΚΕΙϹΘΑΙ apud nos iacere.
Sive ut arbitror quem ego inter doc
tissimos habeo voluit. situs dicitur.
Claret enim unum quod quae earum partium
quae corpus efficiunt positio constitua
re. Verum tamen cum leve vel asperum vel
densum vel rarum dicimus. qualitates ip
sas vel qualia demonstramus. Eaque omnia
quae de his superius explicata sunt. ad inter
pretationem non vocabuli sed naturae videntur
potius pertinere. Qua de causa consi
deratio ut haec quoque inter qualia numeremus.
Ab his autem quas enarravimus qualitatibus
paronima qualia nominantur. Ut leve
a lenitate. a densitate densum. Cetera
quoque his similia. Sed plerumque accidit licet
natio non desit. Ut qualia non paronima
a sua qualitate discendant. Ut a vir
tute non potest dici virtuosus. Sed modera
tor et industrius. nec in graeco quidem
ΑΡΙϹΤΗΚΑ ΡΗΤΗϹ· arector dicitur. Sed

ϹΠΟΥΔΗΙΩϹ. Verum apparet qualiter etiam neg
lecta plerumque paronimorum deriva
tio constare. Haec attenuimus. Nunc quali
tatis his propositis quam diversas species
explanavimus. frequenter quidem vide
amus. Et primum contrarietatem recipere quali
tatibus nulla dubitatio est. Quare et dul
citas salubri contrarium esse languorem. Ius
titiae iniustitiam. calorem frigori.
malo bonum. Perudito, liter erudito.
Sed hoc non in omni qualitate reperies. Nam pal
lido vel fusco vel quadrato vel trigono nihil potest
esse contrarium. Praeterea erit incommodum neg
are quandam dare. Quaeque qualitates
contrarietatem non recipiant. posse adumque.
erit enim notum doctis eas qualitates
quae contrarius mediae sunt. Et eas quae extremis
figuris quae nascuntur. Contrarietatem prohibentes
excurrere. Contrarius haec mediae dixi. Ut est fuscum
vel pallidum. Haec enim duo de albedine nigredi
neque nascuntur. Haec sunt his media. Ipsa
vero albedo et nigredo sunt sibi contraria. fusco
huic pallidoque contrarium nihil est. Claret enim
contrariorum media contrarium non habere.
Quare etiam qualitas quae extrema vel figura constat
contrarietatis ignara est. Quid est quadrato quid
trigono quid circulo vel cono vel cilindro
contrarium quod opponatur. Regularis enim
teneamus contrarietatis receptricem
qualitatem esse. Nec omnem posse esse non
solam. Nec illud est omittendum. ut sci
amus in contrariis qualitatem sub cathegoria esse
alterum sub qua aliud invenitur. Ut iustitia
iniustitiae contraria est. Qualitas iustitia et ius
titia est. Igitur qualitas albedo. Nigredinem quoque
esse qualitatem nec esse est. Itaque fit ut regulari
ter contrariae qualitatis cathegoria semper eadem

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. C 219, 4_9v – A) Cicero: Topica; B) Annaeus Florus: Epitome Bellorum Romanorum; Livius: Periochae; C) Juvenal: Saturae, cum glossis; D) Augustinus (Pseudo-): Categoriae [= Paraphrasis Themistiana] (https://fragmentarium.ms/view/page/F-yuic/5321/50660)